This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 07438388 0

NCM

NOVA

CLAVIS HOMERICA:

Cujus ope

Aditus ad intelligendos ſine Interprete

ODYSSEÆ LIBROS

omnibus recluditur.

Interſperſæ ſunt ſelectæ Clariſſ. Virorum

CLARCKII, ERNESTI, SPONDANI, cet.

Annotationes & Scholia.

Opera

JOANNIS SCHAUFELBERGERI,

Publici in Schola Turic. Pædagogi.



Tom. V.

A.——Z.

TURICI,

LITTERIS HEIDEGGERI ET SOCC.

MDCCLXVI.

NOVA
CLAVIS HOMERICA:
Cujus ope
Aditus ad intelligendos ſine Interprete
ODYSSEÆ LIBROS
omnibus recluditur.

Interſperſæ ſunt ſelectæ Clariſſ. Virorum
CLARCKII, ERNESTI, SPONDANI, cet.
Annotationes & Scholia.

Opera
JOANNIS SCHAUFELBERGERI,
Publici in Schola Turic. Pædagogi.



ASTOR LIBRARY NEW-YORK
NEW YORK PUBLIC LIBRARY

Tom. V.
A.——Z.

TURICI,
LITTERIS HEIDEGGERI ET SOCC.
MDCCLXVI.

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

LECTORIBUS
HUMANIORUM LITTERARUM
& in primis
GRÆCÆ LITTERATURÆ
STUDIOSIS
S. P.

Offero Vobis hic *Tomum Quintum* Clav. Hom. diverſo plane modo elaboratum. Noſtis, Celeb. & de Human. Litteris præclare meritum CHRIST. TOB. DAMM ſuperiori anno edidiſſe *Novum Lexicon Græcum Etymologicum & Reale : cui pro baſi ſubſtratæ ſunt Concordantiæ & Elucidationes* Homericæ *&* Pindaricæ, *cum Indice univerſali Alphabetico :* Opus, quod de ſingulari Sermonis Græci cognitione Auctoris luculentiſſimum exhibet teſtimonium. At

quid multa? Explanatio *Lib. V.* & *VI. Odyſs.* quae in hoc Tomo continetur, & ad quam hoc Opere uſus, & fere abuſus ſum, (antea enim mihi non ad manus erat,) id, quod dixi, plus ſatis declarabit. Omnia ita facilia ac perſpicua reddita ſunt, ut nulla ulteriori explicatione indigeant. *a*) Quis ergo (ut hoc ἐν παρόδῳ dicam,) non mecum mirabitur, Virum, qui in interpretandis profanis Auctoribus adeo peritus eſt, & in hoc litterarum genere excolendo conſenuit, in Auctoribus Sacris interpretandis ſe ita imperitum prodere? Quis non ſtupet, ſi vel ſpecimina explicationum ejus in N. Teſt. quae in notis *Ephemeridibus litterariis* obvia ſunt, legit? *b*) ——

Ab hoc ergo tam eximio Subſidio inſtructus, non potui non, *Lectores Humaniſſimi*, ejus voluptatis, qua ego hac in

a) Vid. tamen hujus Lexici cenſuram in Cel. KLOTZII *Act. Litter. Vol. II. P. III. p.* 272. *ſqq.*

b) ex. gr. Cel. ERNESTI Theol. Biblioth. V. Band. *p.* 591. *ſqq.* & *p.* 675. *ſqq.* Allgem. deutſche Biblioth. 1. Band. 2. St. *p.* 87. *ſqq.*

in parte fruitus ſum, etiam Vos partici-pes reddere, ſperoque, me Vobis non leve præſtitiſſe, & in poſterum præſtiturum eſſe officium. Si qui Veſtrum ſunt, qui hoc Opus ipſi poſſident, non ægre ferent, ſi ſe moleſto labore id perpetuo evolvendi ac pervolvendi exemtos videbunt.

Non ignoro, quam adverſa judicia in IV. primos Tomos hujus Opuſc. in *Ephem.* quibusdam *litter.* ſint lata. Cum autem hæc ſit ſors, quam cum innumeris aliis communem habeo, æquo animo fero, aliisque dijudicandum relinquo, quatenus illa vera vel falſa ſint. Nunquam inani me ſpe alui, laborem meum omnibus probatum iri. Sat habeo, atque habebo, ſi paucis arrideat. Alii, qui ſibi ſoli ſapere videntur, propoſitum meum infelix appellent, Notas quasdam tanquam ſuperfluas vel parum judicii ac guſtus indicantes damnent, alii alia culpent, non magnopere curo, probe ſciens, laborem iſtum

 nun-

nunquam talem evaſurum, ut omnibus ſit placiturus: quivis ſemper pro ſua, qua pollere putat, judicandi facultate aliquid habebit, quod in eo vituperet; & ſi, *Optimi Adoleſcentes!* in adhibendo hoc Subſidio ipſi ſentitis, judicium ac guſtum Veſtrum corrumpi, aut Magiſtri veſtri Vobis perſuadent, ne id fiat, periculum eſſe; ſatius omnino erit, ſi illud e veſtigio ſeponetis, quam ſi cum metu corruptionis talium rerum, quæ Vobis in omni vita Veſtra neceſſariæ ſunt; illo porro utemini.

Pergo nunc ad commemoranda Virorum Celeb. merita in nuper editis Auct. Græcis:

I. *Celeb.* J. AUG. ERNESTI. 1764. edid. *Xenophontis Opera.* Vol. IV.tum Lipſiæ.

II. *Celeb.* JO. JAC. REISKE. 1765. edid. *Theocriti Reliquiæ*, utroque ſermone cum Scholiis Græcis & Commentariis integris *Henrici Stephani*, *Joſephi Scaligeri* & *Iſaci Caſauboni.* Curavit hanc Editionem, Græca ad optimos Codices emendavit, Libros III. Animadverſionum, Indicesque Verborum Theocriteorum addidit J. JAC. REISKE. Tom. I. Viennæ & Lipſiæ.

III. *Cel.*

III. *Cel.* J. ADAM. SCHIER. *eod. anno.*
Ομηρου Βατραχομυομαχια. i. e. *Homeri Carmen de Ranarum cum Muribus pugna.* ex Recenſ. & cum Notis *J. Aug. Erneſti.* ad cujus præſtantiſſimam Editionem —— recudi curavit, ſuisque Notis auxit J. AD. SCHIER. Lipſiæ.

IV. *Cel.* JO. GOTTFRID. HOERIUS. 1766.
Sophoclis Ajax. cum Scholiis tam antiquis quam novis, & Translatione ſoluta metris ac revincta, atque Indicibus Rerum Verborumque. ibid.

V. *Cel.* JOANNES FRICKIUS. 1765.
Monita Iſocratea, cum *Jacobi Facciolati* & ſuis Animadverſionibus, tum Indice Verborum locupletiſſimo edidit. Jenæ.

VI. *Cel.* JO. THEOPHILUS COBERUS. *eod. anno.*
Chionis Epiſtolæ. græce. ad Codd. Mediceos recenſuit, caſtigavit, Notas & Indicem adjecit TH. COB. Dresdæ & Lipſiæ.

VII. *Cel.* JO. BAPTISTA ZANOBETTIUS. 1753.
Græcorum Veterum Epigrammatum Anthologia ſelecta. ad uſum ſtudioſæ Italicæ Juventutis. Liburni.

VIII. *Cel.* ANTONIUS MATANI PISTORIENSIS 1758. *Heliodori Lariſſæi Capita Opticorum* Latine vertit & illuſtravit. Piſtorii.

Prodiit 1762. Etonæ; in 4.to

Theſaurus Græcæ Poeſeos; ſive *Lexicon Græco-Proſodiacum;* Verſus & Synonyma, (tam ad Explicationem *Vocabulorum*, quam ad *Compoſitionem Poëticam* pertinentia,) Epitheta, Phraſes, Deſcriptiones, &c. (ad modum Latini *Gradus ad Parnaſſum*) complectens. *Opus*, in ſtudioſæ *Juventutis* Gratiam & Utilitatem, ex optimis quibusque *Poëtarum Græcorum* Monumentis, quæ adhuc

adhuc prodierunt, *nunc primum conſtructum.* Cui præfigitur de *Poëſi* ſeu *Proſodia Græcorum* Tractatus. *Auctore* T. MORELL, S. T. P. *c*)

Exſtant. in *Celeb.* FRIED. EBERH. BOYSENS Philologiſchen Bibliothek für die niedern Schulen, St. I. p. 100. ſqq. *Obſervationes in Homeri Librum I. Iliados*, quæ omnes Homeri legendi cupidi optabunt, ut a docto earum Auctore continuentur: quod etiam ſe facturum promittit.

Quod ſupereſt, in æquorum ac benevolorum Lectorum amorem atque favorem me commendo, &, ſi etiam hæc iſtius qualiscunque laboris Pars ad promovenda Græci Sermonis ſtudia aliquid conferet, mihi erit gratiſſimum. *Scripſi* TURICI, PRID. NON. FEBR. MDCCLXVI.

c) Hujus Theſauri cenſuram vide in KLOTZII *Act. Litter. Vol. II. P. III. p.* 340. *ſqq.* Wochentliche Anzeigen, quæ hîc eduntur, St. 7. hujus anni.

—— ἅλις πάντεσσιν Ὅμηρος.
Οὗτος ἀοιδῶν λῷστος. ——

Theocrit. Idyll. XVI. 20. 21.

CLAVIS

CLAVIS HOMERICA,

IN A. ODYSSEÆ.

Ὀδυσσεία, *Odyſſea.* Sic poſterius hoc Homeri poema vocatur, quia continet hiſtoriam, fabulam *Ulyſſis*; narrationem fatorum hujus Herois. ab Ὀδυσσεύς, *Ulyſſes.*

V. 1.

Ἔννεπε, dic. v. ἐννέπω. *Il.* B. 761.

Πολύτροπος, ου, ὁ, verſatilibus moribus homo, qui ſe temporibus, locis ac eventibus accommodare novit: callidus, prudens, verſutus. (ex πολύς & τρόπος.) *Ulyſſis* Epithet.

Homerus ubique *Ulyſſem* vafrum, verſipellem, ſimulandi ac diſſimulandi incomparabilem artificem facturus, aliis atque aliis ſubinde *Epithetis* utitur. Illa, quibus deſcribitur, fere hæc ſunt: ἐπίστροφος, πολυμήχανος, ποικιλομήτις, πολύτλας, δαΐφρων, πολυμήτις, ταλασίφρων, &c.

Πολύτροπον] ἐπὶ πολλὰ τρέποντα τὴν διάνοιαν, συνετὸν, ἢ πολλῶν ἔμπειρον τρόπων. *Schol.* Ut ille vir heroici ſpiritus & *polytropus* ab Homero dictus, *i. e.* multifaria ingenii dote, multiplici morum cognitione, verſatilique ſolertia præditus. *Budæus de Aſſe, Lib. V.*

V. 2.

Πλάγχθη, Erravit. πλάγχθη ἀπὸ χαλκόφι χαλκός, repulſa eſt a galea haſta. *Il.* λ. 351. v. πλάζω. *Il.* B. 132.

Solent Verborum genera frequenter permutari, ita ut Paſſiva, in Futuris maxime, vim Mediorum, Media in Præteritis & Aoriſtis poteſtatem Paſſivorum, accipiant. FISCH. *Præf. ad* WELLERI *Gramm. Gr. p. XVII. XVIII*

Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον, *Pleonaſmus.* Quid enim eſt, niſi ἱερὰ Τροίη? Certe *Horatius*, qui haud dubie reſpexit hunc & ſimilia Poëtæ loca, *ſacrum Ilium* ſimpliciter reddidit. (*Lib. III. Od. XIX.* 4.) IDEM *ibid. p. X.*

Ἱερὸν πτολίεθρον] διὰ τὸ τετειχίσθαι ὑπὸ Θεῶν· ἢ διὰ τὴν πρὸς τὸν Δία εὐσέβειαν. *Schol.* CLARK. Uſitatum *urbium*

Epitheton eſt, cujus variæ ſane cauſæ poſſunt afferri. Crediderim ſimpliciſſimum eſſe, ſi dicamus, quia auſpicato & ritibus ſacris adhibendis conduntur, Deo *ſacras* urbes dici; ſicut omnia naturæ opera, mare, cœlum, montes ſic appellantur, quia Deum auctorem habent. ERN. add. WOLFII *Cur. Philol.* & ELSNERI *Obſervat. S. in Matth. IV. 5.* Τότε παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ διάβολος εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν.

Πτολίεθρον, *Il.* A. 164.

Ἔπερσε, evertit. v. πέρθεις. *Il.* B. 374.

V. 3.

Ἄστεα]· πόλεις. *Schol.*

V. 1 — 3.

RICC. *Diſſert. Hom. Tom. III. p. 2. ſqq.* Laudaturus Homerus Ulyſſem, inclytum ſcilicet virum ex Ithacæ regno ad Trojanum bellum profectum, cujus conſilio, prudentia, ſolertique calliditate poſt decennalem abſidionem ſuperbum Ilium corruit, extremaque clade abſumta ſunt omnia, & deleta, quod multorum hominum urbes moresque viderit, principio poëmatis, quod ab ejus nomine inſcribitur, ſtatim enarrat:

Ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα, πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ
Πλάγχθη, ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε·
Πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, καὶ νόον ἔγνω.

Hoc eſt, ut elegantiſſime vertit *Horatius:*

Dic mihi, Muſa, virum captæ poſt tempora Trojæ,
Qui mores hominum multorum vidit, & urbes.

Anne Ulyſſis ad multos populos, diverſaſque urbes peregrinationem ſcaturiginem veluti, fontemque prudentiæ illius, qua ſupra ceteros ſingulariter eminebat, Vates nobis indigitare voluit? Equidem puto; resque adeo in propatulo mihi eſſe videtur, ut nullus ambigendi locus relinquatur. Quamvis autem id aperte ſenſerit Homerus, & peregrinationis ſtudium in Ulyſſis perſona tam diſerte commendaverit, non omnes tamen ita ejus auctoritate permoventur, ut in eandem atque ipſe ſententiam eant. Complures enim docti viri inter ſe committuntur, ac diſceptando digladiantur, utiliorne habenda ſit hominibus pere-

peregrinatio, an perniciosior, & plusne boni ex ea promanet, an mali. &c.

V. 5.

'Αρνύμενος, magna cura ſervans. v. ἄρνυμαι, *Il.* A. 159.] Videtur vox ἀρνύμενος apud Poëtam *propr.* ſignificare *expetens*, ſive *exquirens*, *ut laboris præmium Il.* A. 159. Z. 446. X. 159. Secundum hanc interpretationem *Horatius: Dum ſibi, dum ſociis reditum parat.* itemque *Budæus de Aſſe, Lib. V. Salutem ſuam tandem anxie ſociorumque perquirebat.* Sed & confirmatur hæc accipiendi ratio ex Ψ. 253. *infra*, ubi ſimilis ſententia occurrit: Νόστον ἑταίροισιν διζήμενος, ἠδ' ἐμοὶ αὐτῷ. CLARK.

V. 6.

'Ερρύσατο, ſervavit. v. ῥύομαι, *Il.* I. 396.

'Ιέμενός περ, tametſi cupiens. v. ἵεμαι, *Il.* B. 589. Λ. 168.

V. 7.

'Αυτῶν γὰρ σφετέρῃσιν ἀτασθαλίῃσιν ὄλοντο,

Sua enim ipſorum inſipientia perierunt.

Vide ad *Iliad.* Δ. 409.

Par ce ſeul trait Homere marque d'abord une difference eſſentielle entre l'Iliade & l'Odyſſée; c'eſt que dans l'Iliade les peuples periſſent par la folie des Rois; car ce Poëte déclare qu'il chante la colere d'Achille, qui a été ſi funeſte aux Grecs, & qui en a précipité une infinité dans le tombeau; ce qui a fait dire à *Horace:*

Quidquid delirant Reges, plectuntur Achivi.

Et dans l'Odyſſée ils periſſent par leur propre folie, comme il le dit ici, après avoir aſſûré que leur Prince n'avoit rien oublié pour leur procurer un heureux retour. Voilà pourquoi l'Odyſſée eſt plus pour le Peuple, que l'Iliade. DAC.

V. 8.

Κατὰ βοῦς ὑπερίονος 'Ηελίοιο 'Ήσθιον, boves ſublimis Solis Comederunt: *ils eurent l'impieté de ſe nourrir des troupeaux de bœufs qui étoient conſacrez au Soleil,*] La Poëſie doit être inſtructive, & la plus grande inſtruction & la plus utile eſt celle qui regarde la pieté. Homere ne perd aucune occaſion de donner ſur ce point-là d'excellents préceptes; mais des préceptes indirects, qui ſont les plus effi-

caces. Ici il enſeigne que les impies & les ſacrileges ſont dignes de mort, & qu'ils attirent immanquablement ſur eux la vengeance divine. EAD.

V. 9.

Νόστιμον ἦμαρ, reditus diem. νόστιμος, ου, ὁ, ἡ, qui redire poteſt, rediturus. a νόστος, ου, ὁ, reditus.

V. 10.

Τῶν ἁμόθεν γε, Horum partem aliquam,] τῶν περὶ τὸν Ὀδυσσέα, ὁπόθεν θέλεις, πράξεων, ἀπό τινος μέρους ἀρξαμένη διηγοῦ ἡμῖν. *Schol.*

Ἁμόθεν, *adv.* unde ? 2.) ab aliqua parte, ex parte. ab ἁμός, ὁ, unus, aliquis. 2.) meus, noſter.

Θύγατερ Διός,] ἀντὶ τοῦ, ὦ Μοῦσα. *Schol.*

V. 11.

Φύγον, effugerant.

Αἰπὺν ὄλεθρον, ſævam mortem. Vide ad *Il.* Ζ. 57. Λ. 174.

V. 12.

Πόλεμόν τε πεφευγότες ἠδὲ θάλασσαν, belloque elapſi atque mari.

V. 13.

Κεχρημένον, indigentem.

V. 14.

Νύμφη. *Il.* Γ. 130.

Πότνιος. *Il.* Α. 357.

Ἔρυκε, detinebat.

Καλυψώ, *Calypſo.*] Ἄτλαντος θυγάτηρ. *Schol.*

Δῖα θεάων, *Il.* Ε. 381.

V. 15.

Ἐν σπέσσι γλαφυροῖσι, In ſpecubus cavis. σπέος, *Il.* Δ. 279. γλαφυρός, *Il.* Β. 88.

Λιλαιομένη πόσιν εἶναι, cupiens *ſibi* maritum eſſe. λιλαίομαι, *Il.* Γ. 133. πόσις, Γ. 163.

V. 16.

Περιπλομένων ἐνιαυτῶν, *volventibus annis.* Virg. *Æn. I.* 238. ἄστυ περιπλομένων δηΐων ὑπὸ θυμοραϊστέων, urbem cingentes *vel* obſidentes hoſtes propter exitiales. *Il.* Σ. 220.

V. 17.

Τῷ οἱ, Quo ei : ἐν ᾧ αὐτῷ. *Schol.*

Ἐπεκλώσαντο, deſtinarunt. *Il.* Ω. 525.

V. 18.

v. 18.

Ἔνθα, tum: τότε.

Πεφυγμένος ἦεν ἀέθλων, evaſerat e laboribus. πεφύγω, *Il.* Z. 488. ἄεθλος, *Il.* Γ. 126.

v. 19.

Καὶ μετὰ οἷσι φίλοισι, Etiam inter ſuos amicos. Ἐλεαίρω. *Il.* B. 27.

v. 20.

Νόσφι Ποσειδάωνος, Præter Neptunum. νόσφι, *Il.* A. 349. Ποσειδάων, A. 400.

Ἀσπερχὲς μενέαινεν Ἀντιθέῳ Ὀδυσῆϊ, indeſinenter iraſcebatur Divino Ulyſſi.] Ulyſſe s'étoit attiré la colere de ce Dieu, parce qu'il avoit aveuglé le Cyclope qui étoit ſon fils. DAC.

Ἀσπερχὲς, *Il.* Δ. 32. Π. 61. μενεαίνω, *Il.* Γ. 379. ἀντίθεος, *Il.* A. 264.

v. 21.

Πάρος ἣν γαῖαν ἱκέσθαι, antequam *is* ſuam in terram veniſſet. πρὶν frequentiſſime cum Infinitivo conſtruitur: Poëtæ autem pro πρὶν dicunt πάρος. WELL. *p.* 321. FISCH. *p.* 349. 350.

v. 22.

Αἰθίοψ. *Il.* A. 423.

Μετεκίαθε, adierat. *Il.* Π. 685. inſequebatur. v. μετακιάθω. *Il.* A. 52. 713.

Τηλόθ' ἐόντας, longe ſemotos: μακρὰν ὀικοῦντας. *Schol.* τηλόθι, *Il.* A. 30.

v. 23.

Τοὶ διχθὰ δεδαίαται, qui bifariam diviſi ſunt. v. δαίω, divido.

Ἔσχατοι ἀνδρῶν, ultimi hominum.

Accuſant nonnulli Homerum, quod *Æthiopas bifariam diviſerit:* unam ſiquidem ajunt eſſe Æthiopiam. Sed eos refellit *Strabo*, *Lib. I.* Tradit enim, quod, ſicut Ægyptum atque Ægyptios a Delta ad Syenen usque Nilus bifariam dividit; ita Æthiopia eodem flumine ſecatur. Quomodo igitur non erit in duas partes diſſecta, quarum una Orientem ſpectat, altera Occidentem? *Extremos* autem *hominum* vocat Æthiopas:

— — τοὶ διχθὰ δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν,
quia ab ea parte, quæ eſt verſus Occidentem, Æthiopia finitur Oceano, qui dicitur Æthiopicus. Hic cum mari Braſilico conjunctus eſt. Quamquam igitur doctiſſimus *Eraſmus Schmidius*, ut notavit Cl. *Fabricius* (*Bibl. Gr. V.* I. *pag.* 345.) probare conetur, Americam innotuiſſe Homero; tamen puto hinc contrarium evinci. Non enim dixiſſet Vates Æthiopas extremos hominum, ſi ultra mare Æthiopicum eſſe aliam regionem exiſtimaſſet ab hominibus habitatam. RICC. *Diſſ. Hom. Tom. III. Append.* § *I De Æthiopibus, & an America Homero innotuerit p* 258. *ſq.*

V. 24.

Δυσομένε ὑπερίονος, ad occidentem ſolem.) (ἀνιόντος, ad orientem.

V. 25.

Ἀντιόων — ἑκατόμβης, Adfuturus — hecatombæ. ἀντιόω πολέμοιο, interero pugnæ. *Il.* M. 368.

Ἀργειὸς, *Il.* B. 550.

V. 26.

Τέρπετο, delectabatur. V. τέρπομαι. *Il.* A. 474.

Δαὶς, δαιτὸς. *Il.* A. 424.

V. 27.

Ζὴν, *Il.* B. 49. & Δ. I.

Μέγαρον, *Il.* A. 396.

Ἀθρόοι ἦσαν, congregati erant. ἀθρόος, *Il.* B. 439.

V. 28.

Μύθων ἦρχε. *Il.* B. 433.

Jupiter πατὴρ ἀνδρῶν τε Θεῶν τε, *pater hominumque Deorumque.* Extra omnem controverſiam poni videtur, quod Homerus ſupremum unum Deum omnium auctorem & conditorem agnoverit in Jove, cum omnes ex eo originem trahere affirmet, patremque illum appellet hominumque, Deorumque. Quapropter in vetuſtis aris dicitur *Exuperantiſſimus.* Verum, inquies, Jovem ubique fere vocat Saturnium, *h. e.* a Saturno procreatum. Næ, o bone! ſed tunc ut Poëta phyſicus diſſerit. Saturnus enim tempus eſt, qui filios omnes necat, omnia ſcilicet conſumit. Jupiter vero, Juno, Neptunus & Pluto quatuor

tuor ſunt elementa . quæ pater non devorat, tempus videlicet non conterit. RICC. *Diſſ. Hom. Tom. II. p.* 133. *ſq.*

v. 29.

Μνήσατο κατὰ θυμὸν, Recordabatur in animo. *Pleonaſm.* μνήσατο σίτου, cibum cepit. *Il.* Ω. 613.

Ἀμύμονος Αἰγίσθοιο] De pulchritudine ceperim. Nam & mulieres, nulla alia magis de cauſa, quam propter pulchritudinem, ἀμύμονες apud *Homerum.* ERN.

v. 30.

Τόν ῥ'] *Quem utique* —; *Quem ſcilicet.* CLARK.

Τηλεκλυτὸς, *Il.* T. 400.

v. 31.

Ἐπιμνησθεὶς, recordatus, memor.

v. 32.

Αἰτιόωνται, culpant. v. αἰτιάομαι, *Il.* K. 120.

v. 34.

Ὑπὲρ μόρον] *Mala præter fatum* ſunt, quæ iis non erant eventura, quæ iis a Diis non erant deſtinata. Mox *præter fatum uxorem ducere* eſt, non deſtinatam a Diis, ſive neceſſitate à Diis injecta, ſed ſua ſponte & animi libidine quadam. ERN.

v. 32 — 34.

Ὢ πόποι, οἷον δή νυ Θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται.
Ἐξ ἡμέων γάρ φασι κάκ' ἔμμεναι. οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ
Σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν.
Papæ, ut ſcilicet Deos mortales culpant!
Ex nobis enim ajunt mala eſſe: hi vero & ipſi
Sua ſtultitia præter fatum calamitates patiuntur.

Voici un paſſage très remarquable & digne d'un Chrétien. Les Payens avoient donc déja connu dès le temps d'Homere que Dieu étant ſouverainement bon, ne pouvoit être l'auteur des maux, & qu'étant auſſi ſouverainement juſte, il recompenſoit le bien & puniſſoit le mal; & par conſéquent que les malheurs, que les hommes s'attirent, ne viennent point de lui, mais uniquement de leur deſordre & de leur folie, puiſqu'ils ſe privent volontairement du bien qu'ils pouvoient acquerir, & qu'ils précipitent dans les maux qu'ils pouvoient éviter. DAC. add. CLERICI *Art. Crit. Tom. I. P. II. S. I. C. IV.*

C. IV. R. III. §. 7. KREBSII *Animadv. ad Plut. Comment. quomodo adoleſcens Poëtas audire debeat. p.* 127. & 147. SCHIER *Obſerv. ad Pythagoræ aurea Carmina. p.* 51. & 75.

v. 36.

Γῆμ', duxit. *pro* γῆμε. hoc autem *pro* ἔγημε.

Μνηστὴ, *Il.* Ζ. 246.

v. 38.

Ἐΰσκοπος, *Il.* Ω. 24.

v. 39.

Μνάασθαι ἄκοιτιν, ambire *ejus* uxorem. v. μνάομαι, ὦμαι, ambio, affecto.

v. 40.

Τίσις, ultio. *Il.* Χ. 19

v. 41.

Ἡβήσῃ, pubuerit. v. ἡβάω, *Il.* Ε. 550.

Ἱμείρομαι, h. l. *cum Genit.* Vid. ad *Il.* Ξ. 163.

v. 42.

Ἀλλ' οὐ φρένας Αἰγίσθοιο πεῖθ', h. e. Αἰγισθον, *non perſuaſit Ægiſtho.* Hic Pleonaſmus videtur pertinere ad eos, qui in linguam Græcorum veterum venerint ex Hebraica: cujus generis permulti in Homeri maxime poëmatis leguntur. ut μνήσατο κατὰ θυμὸν, (*Od.* Α. 29.) ὀφθαλμοῖσιν ἰδών. (*Il.* Γ. 28. & 169.) & alii FISCH. *Præf. ad* WELL. *Gramm. p. XI.*

v. 43.

Ἀγαθὰ φρονέων, bona ſuadens *vel* conſulens. Vid. BOS *Exercitat. Philol. ad Luc. I.* 17.

Ἀθρόα πάντ' ἀπέτισε, cumulate omnia luit. ἀπέτισαν, *Il.* Δ. 161. *Auſſi vient-il de païer à la Juſtice Divine tout ce qu'il lui devoit*] Voici encore un paſſage bien important. Il y a *deux choſes* qui me paroiſſent très dignes de remarque: *la premiere*, c'eſt qu'Homere regarde les crimes, les péchez, comme des dettes qu'il faut païer à la Juſtice Divine. C'eſt la même idée que nous a donné la Religion Chrétienne; notre Seigneur lui-même leur a donné ce nom dans l'admirable priere qu'il nous a enſeignée: *dimitte nobis debita noſtra; Remettez-nous nos dettes.* Et il regarde les pécheurs comme des débiteurs qui doivent ſatisfaire leur créancier: *Matth. XVIII.* 27.

Luc.

Luc. VI. 41. Et *l'autre*, qui n'eſt pas moins digne de conſideration, c'eſt que Dieu ne punit pas toûjours les crimes dès qu'ils ſont commis, & qu'il donne ſouvent aux pécheurs un long délai jusqu'à ce qu'ils aïent comblé la meſure de leurs iniquitez & qu'alors il leur fait païer tout à la fois ἀθρόα πάντα, *toutes leurs dettes.* DAC.

v. 45.

Ὕπατος, ſummus. *Il.* E. 756.

v. 46.

Ἐοικότι κεῖται ὀλέθρῳ, merita jacet morte: *ce malheureux ne meritoit que trop la mort qu'il a ſufferte.* DAC.

v. 47.

Ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος, ὅτις τοιαῦτα γε ῥέζοι·
Sic pereat & alius, quicunque talia fecerit!

Minerve étant la Sageſſe même, ne peut point ne pas vouloir que les forfaits ſoient punis, ſur-tout les forfaits comme ceux d'Egiſthe, l'adultere, l'homicide, &c. car c'eſt par ſes ordres même qu'ils ſont punis. Mais autant qu'elle veut la punition des méchans, autant veut-elle la recompenſe des bons. C'eſt le même principe. Ulyſſe doit donc être ſecouru, protegé. EAD.

v. 48.

Ἀμφὶ, *h. l.* pro, de.
Δαΐφρων, Epith. *Ulyſſis.* *Il.* B. 23.
Δαίεται ἦτορ, uritur, cruciatur cor.

v. 49.

Δύσμορος, Infelix. *Il.* X. 481.
Δηθὰ, jamdiu. *Il.* B. 435.
Φίλων ἄπο, procul ab amicis.
Πήματα, calamitates. πῆμα, *Il.* Γ. 50.

v. 50.

Ἀμφίρυτος, ου, ὁ, ἡ, circumfluus. ex ἀμφὶ & ῥέω, fluo.
Ὀμφαλὸς,] τὸ μεσαίτατον. *Il.* Δ. 525.

v. 51.

Δενδρήεις, ήεσσα, ῆεν, nemoroſus, arboribus abundans.

v. 52.

Ἄτλαντος θυγάτηρ ὀλοόφρονος, Atlantis filia multiſcii. *De Atlante* vide NAT. COM. *Mythol. Lib. IV. Cap. VII.* BANIERS Götterlehre, *Tom. III. p.* 204. *ſqq.*

Ὀλοόφρων, *Il.* B. 723.] L'Epithete ὀλοόφρονος dont Homere ſe ſert, eſt un de ces termes très-frequens dans la Langue Grecque, qui ſignifient des choſes entierement oppoſées; car elle ſignifie *qui n'a que de méchantes choſes dans l'eſprit, qui ne penſe qu'à des choſes nuiſibles, funeſtes, qui eſt terrible, dangereux:* ὀλέθρια φρονοῦντος, κακόφρονος, δεινοῦ. *Heſych.* Et il peut ſignifier auſſi, *qui a une connoiſſance infinie, qui ſait tout, qui étend ſes vûës ſur tout:* ὡς τὰ ὑπὲρ ὅλων φρονοῦντα, ἤγουν τῶν ὅλων φροντιστικόν. Dans quel ſens Homere l'a-t-il employé? a-t-il voulu blâmer Atlas? l'a-t-il voulu loüer? *Euſtathe* l'a pris dans le dernier ſens après Cleanthes. &c. DAC.

V. 53.

Βένθος, *Il.* A. 358.

Κίων, ονος, ὁ, ἡ, columna.

Ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς Μακρὰς, ſuſtinetque columnas ipſe Longas,] Atlas hîc fingitur a Poëta vir ſcientiſſimus, adeo ut etiam eum *maris profundos gurgites noſſe* dicat: quod immenſæ ſcientiæ argumentum eſt, cum res adeo latentes & nulli fere hominum perviæ illi pateant. Quod autem etiam *cœli & terræ columnas ſuſtinere* dicit, plane fabuloſum eſt, & proinde allegorice intelligendum. Itaque *vel* ob illius hominis ſcientiam id confictum eſt, quemadmodum de Ægyptio Atlante ſcribit *Tzetzes, Hiſt. I. Chiliad. V.* quem ait dictum fuiſſe *cœlum humeris ſuſtinere*, quia rerum cœleſtium & aſtronomicarum primus inventor fuerit apud Ægyptios: quod poſtea Græci ad hunc Libycum Atlantem transtulerunt. *Vel* intelligendum eſt, id ei tributum propter montem Mauritaniæ ei cognominem, qui, quod cœlum pene vertice feriat, creditus eſt ab incolis cœlum ſuſtinere. Atlas autem in Mauritania regnavit, de quo idem dixit Oceanus apud *Æſchylum in Prometheo*, quod hîc Homerus. Sic ille:

Ὀυ δῆτ', ἐπεί με καὶ κασιγνήτου τύχαι
Τείρουσ' Ἄτλαντος, ὃς πρὸς ἑσπέρους τόπους
Ἕστηκε κίον' οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς
Ὤμοις ἐρείδων, ἄχθος οὐκ εὐάγκαλον·

Non ſane: quia me etiam infortunia fratris
Atlantis affligunt, qui in locis Heſperiis

Stat,

Stat, cœli & terræ columnam
Humeris ſuſtinens, onus difficulter portatile.

v. 347 — 350. Notanda eſt autem Poëtæ noſtri diligentia, qui res inſignes, ſi quæ minima occaſio ſe obtulerit, leviter non præterit, ut hîc de Atlante, cum alioqui narratio hoc non poſtularet. SPOND.

v. 54.

Ἀμφὶς ἔχουσι, diviſim ſeparant, utrinque tenent, disterminant. ἀμφὶς, *Il.* Β. 13.

v. 55.

Δύστηνος, *Il.* Ζ. 127.
Ὀδύρομαι, *Il.* Β. 290.
Κατερύκω, *Il.* Ζ. 192.

v. 56.

Μαλακὸς, *Il.* Α. 582.
Αἱμύλιος, ου, ὁ, ἡ, blandus, feſtivus, lepidus, affabilis. 2) illiciens, blanditiis decipiens. ab αἱμύλος, ου, ὁ, ἡ, *idem.*

v. 57.

Θέλγει, Demulcet: decipit. θέλγε νόον, minuebat animum. *Il.* Μ. 255. Ο. 594.
Ὅπως Ἰθάκης ἐπιλήσεται, ut Ithacæ oblivifcatur. ἐπιλήσονται, *Il.* Η. 452.

v. 58. 59.

Ἱέμενος καὶ καπνὸν ἀποθρώσκοντα νοῆσαι
Ἧς γαίης, θανέειν ἱμείρεται — —
Cupiens vel fumum exilientem videre
Suæ terræ, mori cupit; — —

Quamquam totis ſeptem annis Calypſo nympha omnibus artibus ac lenociniis curaverit Ulyſſem in antro ſuo apud ſe detinere; numquam tamen ab eo valuit extorquere, ut patriæ oblivifceretur, adeo ut Ulyſſes exemplum præclariſſimum ſit hominis patriam ardentiſſime diligentis, illamque bonis omnibus præferentis. Tanti enim reditum ad patriam ſuam faciebat, tam vehementer optabat, ut mallet eam reviſere, quam immortalitate donari. Quod ſi abnuerent Dii, fumum ſaltem e ſuis proſilientem ſedibus avebat videre; nec pigebat, dum fieret voti compos, amittendæ vitæ ſubire periculum. Quam

Quam tanti viri erga patriam caritatem valde admiratur *Cicero*, commendat, extollit. Quod autem nympham illam Poëta vocaverit *Calypſonem*, myſterio non vacat. Videtur enim nomen hoc illi indidiſſe a verbo καλύπτειν, h. e. *abſcondere*. Ulyſſes ſiquidem diu apud eam abſconſus latuit. Inſulam, in qua degebat Dea, Ogygiam dictam ajunt, ab Ogyge Thebanorum rege. Nec mirum, ſi alio eam transtulit Homerus, fecitque inſulam Atlanticam. Jure enim poëtico uſus (quod etiam alibi ſæpe illum feciſſe animadvertimus) ea voluit licentia mirabiliorem facere narrationem. Ceterum ea inſula Gaulus eſt, quæ ne cum Caude ſive Gaude, de qua in *Actis Apoſtolorum* ſermo eſt, confundatur, cavendum; hæc enim eſt prope Cretam, illa prope Melitam. RICC. *Diſſ. Hom. Tom. III. p.* 55.

v. 58.

Ἱεμαι, *Il.* Β. 589. Λ. 168.

Ἀποθρώσκοντα, exilientem, ſurgentem,] Elegantia exquiſita eſt in hoc verbo de fumo, qui ab igne propellitur ita, ut reſilire ab igne videatur. ERN. Vid. ad *Il.* Β. 702.

v. 60.

Ἐντρέπεται, Commovetur, convertitur. *Il.* Ο. 554. movetur dolore.

Οὐ νύ τ' Ὀδυσσεὺς] Credidit antiquitas, ſacrificiis ſuis homines Deos ſibi devincire; unde, modo rite illa fierent, gratiam & remunerationem ab ipſis non poterant non exſpectare, quam ſibi debitam arbitrabantur. Itaque Minerva Ulyſſis ſacrificia, quæ ad Trojam celebravit, commemorat, ut eorum recordatione eo magis ad ejus commiſerationem Jupiter permoveatur. Quæ ex eo pendent, quod probos & pios per ſe eſſe poſſe homines cenſebant, unde Diis ſuæ placerent actiones. Nos vero, qui meliore vivimus ſeculo, noſtra Deo grata arbitramur non ex nobis, ſed ex ipſius Numinis clementia. SPOND.

v. 61.

Χαρίζετο ἱερὰ ῥέζων, gratificabatur ſacrificando. χαρίζομαι, *Il.* Ζ. 49.

v. 62.

v. 62.

Ὠδύσαο, iraſceris. ὠδύσαῖο, *Il.* Σ. 292.

v. 65.

Θεῖος, Epith. *Ulyſſis.*

Λαθοίμην, obliviſcerer. *Il.* K. 243.

v. 66.

Ὃς πέρι μὲν νόον ἐςὶ βροτῶν, Qui & mente ſuperat mortales,] A *duplici virtute* Ulyſſem commendat, *Prudentia* & *Pietate:* illa homines ſpectat, hæc vero Deos; quæ duo vera ſunt hominum ornamenta. *Primam* autem Jupiter addidit, cum *ſecundæ* tantum Minerva meminiſſet, ut doceat ille, quanti Ulyſſem æſtimet. Tantum abeſt, ut illius potuerit obliviſci, aut illi ſuccenſere. SPOND. Vide ad *Il.* A. 258. Δ. 375. E. 566. H. 289. K. 244. N. 727.

Πέρι δ' ἱρὰ Θεοῖσιν Ἀθανάτοισιν ἔδωκε, & abunde ſacra Diis Immortalibus dedit.

v. 67.

Τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν, qui cœlum latum habitant. Vid. ad *Il.* A. 18.

v. 68.

Ἀλλὰ Ποσειδάων] Jovem aliquando Homerus tanquam ſummum Deorum & potentiſſimum proponit, ſine quo ceteri nihil audeant vel poſſint aggredi, ut ſatis in *Iliade* vidimus. Aliquando vero æquales ceteros ei facit, & ſeorſum exequentes, quæcunque voluerint, ut *h. l.* Neptunum: qui ſolus, præter Jovem & reliquam Deorum turbam, Ulyſſem tot laboribus marinis exercet. Cauſam autem ſtatim exponit, cur adeo Ulyſſi infenſus ſit Neptunus, nimirum ob excæcatum ab Ulyſſe Cyclopem Polyphemum, ejus filium. Unde conſtat, ab ipſis extremis exorſum eſſe hanc narrationem Poëtam. Illa autem hiſtoria de excæcato Polyphemo *infra Lib.* X. videbitur. SPOND.

Ἀσκελὲς] ἀμεταχινήτως, κατὰ ςέρησιν τῶν σκελῶν. ἢ ἀδιαλείπτως, καὶ ἄγαν σφοδρῶς. *Schol.* duriter, graviter. 2) aſſiduo, perpetuo. ἀσκελέως, *idem. Il.* T. 68.

v. 69.

Κύκλωπος κεχόλωται, ob Cyclopem iraſcitur. χολόω, *Il.* A. 139. Ὃν

Ὃν ὀφθαλμοῦ ἀλάωσεν, quem oculo privavit. v. ἀλαόω, ῶ, cæco. 2.) ærumnis frango. ab ἀλαὸς, οῦ, ὁ, ἡ, non videns, cæcus.

v. 70.

Ἀντίθεος, Par Deo. Epith. *Polyphemi.* Vid. ad *Il.* A. 264.
Οὗ, cujus. *Il.* B. 325.

v. 71.

Θόωσα] μήτηρ Πολυφήμου κύκλωπος κυρίως οὕτως λεγομένη. *Schol.*

v. 72.

Φόρκυνος θυγάτηρ] ἐνάλιος γὰρ θεὸς ὁ Φόρκυν. *Schol.*
Ἀτρύγετος, *Il.* A. 316.
Μέδω, μέδων, *Il.* B. 79.

v. 73.

Μιγεῖσα, mixta: κοινωνήσασα. *Schol.*

v. 74.

Ἐκ τοῦ δὴ, Ex eo tempore,] ἐκ ταύτης δὲ τῆς αἰτίας. *Schol.*

v. 75.

Πλάζει ἀπὸ πατρίδος, declinat a patria. v. πλάζω. *Il.* B. 132. K. 91.

v. 76

Περιφραζώμεθα, diſpiciamus de —.] βουλευσώμεθα. *Schol.*
Περιφράζω, circumloquor. 2.) conſidero, perpendo.

v. 77.

Ἔλθῃσι, revertatur.
Μεθήσει, remittat.

v. 78.

Ἀντία πάντων, contra omnes. ἀντία *idem quod* ἀντίον, ex adverſo, contra. *Il.* Γ. 425.

v. 79.

Ἀέκητι Θεῶν, invitis Diis. ita *Il.* M. 8. O. 720. ἀέκητι Ἀργείων, *Il.* Λ. 666.
Ἐριδαίνω, *Il.* A. 574.

v. 85.

Ὠγυγίην] ἡ Καλυψοῦς νῆσος. *Schol.*
Ὀτρύνομεν, jubeamus ire.

v. 86.

Ἐυπλόκαμος, *Il.* Z. 380.

Νημερτέα

Νημερτέα βουλὴν, certam noſtram ſententiam. νημερτής, *Il.* Γ. 204.

v. 87.

Ταλασίφρων, *Ulyſſis* Epith. *Il.* Δ. 421.
Νέηται, redeat. v. νέομαι, *Il.* A. 32.

v. 88.

Ἐσελεύσομαι, proficiſcar.

v. 89.

Ἐποτρύνω, excitem, *Il.* Z. 83.
Μένος, robur. *Il.* A. 103.
Θείω, ponam.

v. 91.

Μνηστὴρ, ῆρος, ὁ, qui nuptias alicujus ambit, procus.
Ἀπειπέμεν, ut interdicat. v. ἀπείπω, *Il.* I. 309.

v. 92.

Μῆλον, *Il.* B. 696.
Ἀδινὸς, *Il.* B. 87.
Εἰλίπους, *Il.* Z. 424.
Ἕλικας βοῦς, *Il.* I. 462.

v. 93.

Ἠμαθόεις, *Il.* B. 77.

v. 94.

Πευσόμενον, ſciſcitaturum.

v. 95.

Κλέος, *Il.* B. 325.
Ἐν *hic* inter.

v. 96.

Πέδιλα, *Il.* B. 44. K. 22.

v. 97.

Ἀμβρόσια (πέδιλα.) Immortalia (talaria.) *Schol.* ἄφθαρτα, χρύσεα, τίμια.
Ἐφ' ὑγρὴν, ſuper mare. ita *Il.* K. 27. Conf. WOLFII *Cur. Philol.* ELSNERI *Obſerv. S. ad Matth.* XXIII. 15. περιάγετε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηράν.

v. 98.

Ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο, ſimul cum flatu venti. πνοιή, *Il.* E. 526.

v. 99.

Εἵλετο, *Il.* B. 46.

Ἄλκιμος,

"Αλκιμος, *Il.* Γ. 338.
'Ακαχμένος, *Il.* Κ. 135.

v. 100.

Βριθὺς, *Il.* Ε. 746.
Στιβαρὸς, *Il.* Γ. 335.
Τῷ δάμνησι, *Il.* Ε. 746.
Στίχες, acies. *Il.* Β. 525.

v. 101.

Κοτέσσεται, iraſcitur. v. κοτέω, *Il.* Α. 181.
'Οβριμοπάτρη, *Il.* Θ. 391.

v. 102.

Βῆ, Deſcendit. *Il.* Α. 34.
'Αΐξασα, feſtinans. v. ἀΐσσω, *Il.* Ε. 81.

v. 103.

Πρόθυρον, *Il.* Α. 776.

v. 104.

'Ουδὸς, *Il.* Θ. 15.
"Αυλειον, ου, τὸ, veſtibulum, atrium, aula. ab αὐλὴ, ῆς, ἡ, locus ſubdialis: atrium.
Παλάμη, *Il.* Α. 238.

v. 105.

'Ειδόμενος, *Il.* Β. 280.
Ξεῖνος, *Il.* Δ. 377.
Ταφίων] Τάφος, ἡ νῆσος τῶν 'Εχινάδων, ἣν κατῴκουν Τηλεβόαι. *Schol.*
'Ηγήτωρ, *Il.* Β. 79.

v. 106.

Μνηστῆρας ἀγήνορας] ἄγαν αὐθάδεις, ὑβριστάς. *Schol.* ὅτι τὸ, ἀγήνωρ, οὐ μόνον ἐπὶ ψόγου λαμβάνεται, ὅτε καὶ δηλοῖ τὸν θρασὺν καὶ ὑβριστήν· ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ἐπαίνου, ὁπηνίκα τὸν ἀνδρεῖον δηλοῖ, ὡς πολλαχοῦ τῆς 'Ιλιάδος εὕρηται. *Euſtath.* Quin & nihil opus, ut hic in malam partem accipiatur vox ἀγήνορας. CLARK. ἀγήνωρ, *Il.* Β. 276.

v. 107.

Πεσσὸς, *ſeu* πεττὸς, οῦ, ὁ, calculus, ſcrupus *ſeu* talus luſorius. 2.) *b. l.* ipſe calculorum *vel* talorum ludus.
Προπάροιθε θυράων, ante januam.

v. 108.

V. 108.

Ἥμενοι ἐν ῥινοῖσι βοῶν, ὓς ἔκλανον αὐτοί.] διὰ τούτου τὸ βίαιον ἐμφαίνει τῶν μνηστήρων, τὸ τὰς βύρσας ὑποστρωννύειν τοῖς θρόνοις καθημένων. *Schol.*

Ῥινὸς, *Il.* Δ. 447. Η. 248.

V. 109.

Ὀτρηρὸς, θεράπων, *Il.* Α. 321.

V. 110.

Ἄρ] *Ut fieri ſolet.* CLARK.

Vinum Veteres plerumque *aqua temperabant*: unde κρατῆρες, ſive *pocula e quibus vinum potabant*, παρὰ τὸ κεράσασθαι, *a miſcendo*, nomen habuiſſe dicuntur; quam etymologiam non modo *Athenæus* & *Grammatici*, verum ipſe *Homerus* aliquoties indicavit. Nam Trojani belli tempore, atque adeo a prima antiquitate, temperandi vinum mos invaluit.

Οἱ μὲν ἄρ οἶνον ἔμισγον ἐνὶ κρητῆρσι καὶ ὕδωρ·

Illi igitur vinum in crateris & aquam miſcebant.

POTT. *Tom. II. p.* 301. add. RICC. *Diſſ. Hom. Tom. I. p.* 176. FEITH. *L. III. C. II.* §. *IV.*

V. 111.

Σπόγγος, *Il.* Σ. 414.

Πολύτρητος, ου, ὁ, ἡ, multa habens foramina. Epith. *ſpongiarum.* ex πολὺς & τρητὸς, ἡ, ὸν, perforatus, foramina habens. *quod* a τρέω, foro. *fut.* 1. τρήσω.

V. 112.

Νίζω, *Il.* Η. 425

Κρέας, *Il.* Θ. 162.

Δατεῦντο, carpebant. *Il.* Ψ. 121. v. δατέομαι, *Il.* Ι. 138.

V. 111. 112.

Menſæ olim non operiebantur *linteis*, uti nunc moris eſt: ſed duntaxat perfricabantur *ſpongiis*; cujus actionis mentio frequens eſt, antequam dapes apponantur, veluti *h. l.*

Οἱ δ' αὖτε σπόγγοισι πολυτρήτοισι τραπέζας

Νίζον, καὶ πρότιθεντο, ἰδὲ κρέα πολλὰ δατεῦντο.

Alii autem ſpongiis foraminoſis menſas

Abſtergebant, & proponebant, & dividebant carnes multas.

Idem

Idem fit *Odyſſ.* Υ. 150. nec a recentioribus Scriptoribus ſilentio præteritur; namque *Arrianus Lib. VII. Cap. XXVI.* ait: ἆρον τὰς τραπέζας, σπόγγισον· *tolle menſas, ſpongia abſterge.* Et *Martialis*:

Hæc tibi ſorte datur tergendis ſpongia menſis.

POTT. *Tom. II. p.* 316. 317.

V. 113.

Θεοειδὴς, *Il.* Β. 623.

V. 114.

Ἧστο, *Il.* Α. 512.

Ἐν, inter.

Φίλον τετιημένος ἦτορ, charo mœſtus corde. Vid. ad *Il.* Θ. 437.] Non diſcedit a propoſito Vates: ipſum enim Telemachum fingit anxium & ſollicitum de Ulyſſis reditu, quo præſente ſperabat domum ſuam ſic indignis modis tractatum non iri. Poterat autem alia etiam cogitatione Telemachum implicare: ſed placuit illi omnia ad præſentem narrationem diſponere, ut par etiam eſt, hoc ſæpiſſime a Telemacho animo agitatum. SPOND.

V. 115.

Ὀσσόμενος πατέρ᾽ ἐσθλὸν ἐνὶ φρεσὶν, Cernens patrem eximium in mente,] ἤτοι ἐν ἑαυτῷ κληδονιζόμενος καὶ εὐχόμενος θείας τυχεῖν φήμης, περὶ τῆς ἐπανόδου τοῦ πατρός. *Porphyr. Quæſt. Homeric.* 16. CLARK. pro ὀσσόμενος ἐνὶ φρεσὶ, εἴ ποθεν πατὴρ ἐσθλὸς ἐλθὼν &c. ERN.

V. 116.

Σκέδασις, εως, ἡ, diſſipatio, diſperſio. a σκεδάω, ῶ, diſſipo, diſpergo.

Κατὰ, per.

Θείη, faceret.

V. 118.

Μνηστῆρσι μεθήμενος, procis aſſidens.

Εἶσιδ᾽ Ἀθήνην, vidit Minervam.] Hæc ex Poëtæ ſententia dicuntur. Nam Telemachus ignorabat, hoſpitem hunc eſſe Palladem, quod docent ſequentia. Notanda eſt autem Veterum ad hoſpitalitatem gratuitam propenſio, quæ in Telemacho ad patris exemplum fuit. Nam de Ulyſſe dicet *paulo poſt* filius: ἐπεὶ καὶ κεῖνος ἐπίστροφος ἦν ἀνθρώπων. SPOND.

V. 119.

V. 119.

Ἰθὺς προθύροιο, recta ad veſtibulum, recta foras.

Νεμεσσήθη, indignabatur. v. νεμεσσάω, *Il.* B. 223.

V. 120.

Θύρῃσιν, ad januam.

Ἐφεστάμεν, ſtare.

Ἐγγύθι, *Il.* Z. 317.

V. 121.

Χεῖρ' ἕλε δεξιτερὴν,] *Dextram apprehendere*, ſignum fuit olim *benevolentiæ*, ut etiam hodierno die uſurpari ſolet, inter Germanos præcipue, qui hoc veſtigium antiquitatis adhuc retinent. Hinc appellati ſunt *boni viri* δεξιοὶ, & δεξιοῦσθαι dicitur τὸ φιλοφρονεῖσθαι. Porro *ſiniſtra manus* ad hos uſus non eſt recepta, quin res *lævæ ac ſiniſtræ* pro *infelicibus* acceptæ ſunt, niſi in rebus ſacris, ut in auſpiciis, prodigiis, fulminibus. Sed illa quoque tamen *dextra* ſunt, reſpectu Numinis: *ſiniſtra* vero, noſtri. SPOND.

V. 122.

Φωνέω, ἔπεα πτερόεντα, προσαυδάω, *Il.* A. 201.

V. 123.

Παρ' ἄμμι, a nobis.

Φιλήσεαι, amice excipieris.

V. 124.

Δεῖπνυ πασσάμενος, Cœna refectus. πάω, πάομαι, πάσομαι, *Il.* A. 464. I. 483.

Μυθήσεαι, loqueris, ediſſeres. v. μυθέομαι, *Il.* A. 74.

Ὅττεό σε χρὴ, quid tibi opus ſit. Vid. ad *Il.* O. 491.

V. 126.

Ἔντοσθεν, *cum Genit.* ἔντοσθε, *Il.* Δ. 454.

V. 128.

Δυροδόκη, ης, ἡ, haſtæ receptaculum, armarium. ex δόρυ & δέκομαι, *pro* δέχομαι, capio.

Ἐΰξοος, *Il.* B. 390.

Ἔνθα περ] *Ubi ſcilicet.*

V. 127. 128.

Pace haſtas ad columnas erigebant in oblonga lignea theca, quæ dicitur δυροδόκη, ut exſtat *h. l.*

Ἔγχος ὁ μὲν ἔστησε φέρων πρὸς κίονα μακρὴν,
Δυροδόκης ἔντοσθεν ἐΰξόυ. — — —

 Haſtam

Haſtam quidem (Telemachus) ſtatuit ferens ad columnam longam,
Intra armarium bene politum. — . — —

POTT. *Tom. II. p.* 32.

V. 130.

Λῖς, λιτὸς, *Il.* Θ. 441.
Ὑπὸ λῖτα πετάσσας, ſtragulo ſubſtrato.

V. 131.

Θρῆνυς, *Il.* Ξ. 240.

V. 132.

Κλισμὸς, *Il.* Θ. 436.
Ἔκτοθεν, *cum Genit.* pro ἔκτοσθεν, extra, ſeorſum ab —. ita ὄπιθεν, pro ὄπισθεν, *Il.* A. 197.

Throni & ſedilia, θρόνοι κλισμοί τε, quorum mentio paſſim occurrit apud Homerum, in eo videntur differre, quod *thronis* adderetur ſcabellum ſeu fulcrum pro pedibus, & præſtantibus convivis darentur; *ſedilia* illo carerent, minusque dignis parata eſſent. Ulyſſi vero ſub mendici forma latenti data eſt in convivio procorum ſeorſum ab aliis ſella vilior, δίφρος. Antequam menſæ aſſiderent, ancilla aquam ex gutto effundebat ſuper lebetem ad lavandas manus. Ancillæ item panes expediebant e vimineis caniſtris. Pueri crateres potu coronabant, & ſingulis convivis aſtantes æqualia pocula miniſtrabant. Ex æquo etiam diſtribuebat carnes in lancibus δαιτρὸς, *h. e.* coquus, aut alius quiſpiam illis dividendis præfectus; ex quo menſas ubique Vates æquales vocat. Nihilominus largior carnium portio, & majora ac pleniora pocula ſæpe dabantur principibus viris. Cum vero ad bibendum ſeſe invitarent, prægustatum poculum ſibi mutuo porrigebant, quod apud noſtrum Vatem dicitur δειδίχεσθαι, ut cum (*Il.* Δ.) narrat, Deos aureis poculis ſeſe mutuo excepiſſe. RICC. *Tom. II. p.* 151. 152. add. FEITH. *L. III. C. V.* §. *I. &c.*

V. 133.

Ἀνιηθεὶς ὀρυμαγδῷ, offenſus tumultu. ἀνιηθεὶς, *Il.* B. 291. ὀρυμαγδὸς, *Il.* B. 810.

V. 134.

Δείπνῳ ἁδήσειεν, Convivium moleſtum haberet.

Ἀδέω,

Ἀδέω, ῶ, tædio afficior. ab ἄδω, ſatio, expleo.

Ὑπερφιάλοισι μετελθών, cum ſuperbis congreſſus. ὑπερφίαλος, *Il.* Γ. 106.

v. 135.

Ἀποίχομαι, abeo, diſcedo. ἀποιχόμενος, abſens.

Ἔροιτο, interrogaret. v. ἔρομαι, *Il.* A. 513.

v. 136.

Χέρνιψ, ιβος, ἡ, aqua, qua abluuntur manus ante cibum. ex χεὶρ & νίπτω, lavo, abluo.

Ἀμφίπολος, *Il.* Γ. 143.

Προχόῳ ἐπέχευε, ex gutto profundebat. πρόχοος, *Il.* Ω. 304.

v. 137.

Λέβης, *Il.* I. 123.

v. 138.

Νίψασθαι, Ad lavandum.

Ξεστὸς, *Il.* Z. 243.

Τανύω, *Il.* Δ. 112.

Quantum ad morem conviviorum, *ſua menſa apponebatur cuique convivæ.* Cum vero dicat Homerus, *menſas* apud convivas *extendi*,

— παρὰ δὲ ξεστὴν ἐτάνυσσε τράπεζαν,

— *juxta autem politam explicuit menſam.*

hinc infert *Feithius* (*Lib. III. Cap. V.* §. *IV.*) fuiſſe *oblongas*. Neque ſolum lævigatæ erant ſedulo artificis dolabra, ſed ſpongiis etiam ancillæ eas aſſidue perpurgabant, mundabantque. Nullus enim tunc fuit linteorum, mapparum aut mappularum uſus, ſicut nec furcillarum, aliorumque ſimilium inſtrumentorum. Cujus ſimplicis moris veſtigia adhuc ſuperſunt apud Indos & pleroſque Orientis populorum, teſte Salmone; qui a convivio ſurgentes ſordes, quæ ſibi cibos contrectantibus adhæſerunt, lavacro tollunt. RICC. *Tom. II. p.* 151.

v. 139.

Αἰδοῖος, *Il.* B. 514.

Ταμίη, *Jon.* ἡ. *Il.* Z. 381.

v. 140.

Εἶδαρ, ατος, *Il.* E. 369.

Εἴδατα πόλλ' ἐπιθεῖσα, Fercula multa apponens.

χαριζομένη παρεόντων, largiens de præſentibus & pro facultatibus.] παρεόντα δὲ βρώματα λέγει, τὰ ἐν τῷ ταμείῳ ἀποθετα, ἤτοι ἕωλα. *Euſtath.*

Convivis abeuntibus, removebantur menſæ, & quæ ſupereſſent edulia, ab ancilla penuaria recondebantur. Credidit *Feithius*, (*Lib. III. Cap. V.* §. *XI.*) id factum in hoſpitum gratiam, ſi quis forte non exſpectatus adveniret. Atqui ego crediderim, non omnes ciborum reliquias a penuaria reconditas eſſe, nec ſolis hoſpitibus, ſed fercula illa tantummodo, quæ frigida bene ſapiunt, & ſemel iterumque menſis inferri poſſunt, quod etiam apud nos fieri videmus. *Hoc loco* ſpecie Mentoris, Taphiorum Regis, inopinato advenit Minerva domum Ulyſſis, dum proci convivium celebrabant. Continuo menſa illi parata eſt, & appoſita a penuaria affatim (ait Vates) fercula ex iis, quæ apud ſe ſervabantur.

Εἴδατα πόλλ' ἐπιθεῖσα, χαριζομένη παρεόντων.

Deinde vero narrare pergit, carnium omnigenarum plenas lances allatas eſſe novo hoſpiti a coquo. Cum igitur adhuc præſto eſſent carnes calidæ, cur penuaria afferret illi reliquias heſterni convivii? Itaque verius dicendum, frigida illa fercula ejus generis fuiſſe, ut non ſolum in hoſpitum gratiam, ſed etiam aliorum convivarum ſervarentur in craſtinum. RICC. *Tom. II. p.* 154. *ſq.*

V. 141.

Δαιτρὸς, ῦ, ὁ, qui carnes dividit, coquus.] μάγειρος, ὁ διανέμων τὰ κρέα. *Schol.* Hic acceptos a coquo cibos menſis inferebat, illatos ſecabat. *Caſaubon. Annotat. in Athenæum, Lib. V. Cap.* 4. CLARK.

Κρειῶν, carnium. *Il.* Λ. 550.

Πίναξ, ακος, ὁ, catinus, lanx.

Παρέθηκεν ἀείρας, appoſuit ſumens.

V. 142.

Παντοῖος, *Il.* Β. 397.

Παρὰ δέ σφι τίθει, ipſis etiam apponebat.

Κύπελλον, *Il.* Α. 596.

V. 143.

Θαμὰ, *Il.* Ο. 470.

Οἰνοχοεύω, *Il.* Β. 127.

Eos,

Eos, qui potum miniſtrabant, Græci plerique οἰνοχόους, Helleſpontii autem peculiari nomine ἐπεγχύτας vocabant, ut refert *Athenæus*, *Lib. X. Cap. VII.* Apud Veteres κήρυκες, *præcones*, hoc miniſterio fungebantur. Sic *h. l.*

Κῆρυξ δ' αὐτοῖσιν θάμ' ἐπῴχετο οἰνοχοεύων·

Præco iis vinum circumeundo miniſtrabat.

Et apud *Athenæum*, *loc. cit.* Alcæus & Sappho introducunt Mercurium Diis pocula miniſtrantem: neque pluribus exemplis opus eſt, cum notiſſimum ſit, hos κήρυκας fere πάσας ὑπηρετικὰς ἐπιτελεῖν πράξεις, *omnibus miniſteriis fungi*; ut alio in loco dictum eſt. POTT. *Tom. II. p.* 324.

v. 144.

Ἐς - ἦλθον, ingreſſi ſunt.

v. 145.

Ἑξείης, ordine. *Il.* Α. 448.

Κατὰ κλισμούς τε θρόνους τε, *per ſedilia thronosque.*

Homerus ubique tum Deos tum homines *menſis aſſidentes* facit, nullibi *accumbentes.* Ex quo colligitur, morem illum fuiſſe longe vetuſtiſſimum. Quod animadvertit etiam *Maro* (*Æn. Lib. VII.*) de priſcis Italiæ incolis.

Perpetuis ſoliti patres conſidere menſis;

etſi juxta ætatis ſuæ conſuetudinem, qua receptus erat *accubitus*, induxerit Æolum (*Æn. Lib. I.*) Junoni dicentem:

— — *tu das epulis accumbere Divum.*

Etiam Divinæ Litteræ de Ægyptiis & Joſepho teſtantur, quod menſæ *aſſiderent.* (*Gen. XLIII.*) Salomon item (*Prov. XXXIII.*) innuit, Hebræos menſis ſuo tempore *aſſediſſe.* Quod ſi in *Cant. Canticorum* ait: *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo*, non putamus ibi loqui de Rege menſæ accumbente, ſed in lectulo requiem captante; niſi malumus dicere, ut bene animadvertit *Calmetius*, vocem Hebræam aptiſſime etiam ſignificare *ſellam* aut *ſolium.* Cum vero Perſæ convivantes in lectis accumberent, hinc Auctor *Eccleſiaſtici* poſt captivitatem ſcribens, modo *ſeſſionem* (*Cap. IX. v.* 12.) modo *accubationem* (*Cap. XXXI. v.* 12.) indicat. Et Chriſtus Dominus in noviſſima cœna menſæ cum Apoſtolis *accubuit.* Alexander M. etiam poſt devictos Perſas, a quibus ad Græcos accumbendi mos pertran-

pertranſiit, menſæ *aſſidere* maluit. Hinc *Athenæus* de eo refert (*Lib. I. Cap.* 4.) Καθέζονται δ' ἐν τοῖς συνδείπνοις οἱ Ἥρωες, ὀ κατακέκλινται. τῦτο δὲ καὶ παρ' Ἀλεξάνδρῳ τῷ βασιλεῖ ἐνίοτε ἦν, ὥς φησι Δῦρις. Perſarum lectulos humiles fuiſſe ante humiles menſas, ut nunc Turcarum, ſuſpicatur laudatus *Calmetius*. Turcis enim in uſu eſt menſa rotunda baſi impoſita unius palmi, cui *aſſident* in tapetibus humi ſtratis. RICC. *Tom. III. p.* 203. *ſq.* add. FEITH. *L. III. C. V.* §. *I.*

V. 147.

Δμωαὶ, *Il.* Ζ. 323.

Παρενήνεον, accumulabant.] τὸ δὲ παρενήνεον-δηλοῖ τὸ σωρεύειν, καὶ ἐμφαίνει τὸν πληθυσμὸν τῦ σίτυ. *Euſtath.* imperf. v. παρανηνέω, juxta aggrego & acervo, ad latus accumulo. ex παρὰ & νηνέω, acervo, accumulo.

Κάνεον, *Il.* I. 217.

In cibo primum locum obtinet *panis*, σῖτος Homero dictus, usque adeo frequens, ut pro quovis edulio, quemadmodum & Sacris Paginis familiare eſt, uſurpetur. Qui panis e tritico vel hordeo conſtabat, hæc enim duo frumenti genera apud Homerum uſitata. Solebant autem panes ferri in *caniſtris*, quos κανέυς Homerus appellat;

Σῖτον δὲ δμωαὶ παρενήνεον ἐν κανέοισιν,

Et famulæ multo cumulabant pane caniſtros.

Quem locum imitatus *Virgilius* dixit:

— — — *Cereremque caniſtris*

Expediunt. — — —

Mos enim, ait Donatus, *fertur fuiſſe apud Veteres, ut panis non argenteis vaſculis inferretur, ſed caniſtris, h. e. ſpecubus factis ex vimine.* RICC. *Diſſ. Hom. Tom. I. p.* 172. add. FEITH. *L. III. C. I.* §. *II.*

V. 148.

Vide ad *Il* I, 91.

Ὀνείαθ'] τὰ ὄνησιν ἐμποιῦντα ἐδέσματα. *Schol.*

V. 149.

Vide ad *Il.* A. 470.

V. 150.

Vide ad *Il.* A. 469.

V. 151.

V. 151.

Μεμήλει, curæ erant. *Il.* B. 614. μέμηλα, *Il.* B. 25.

V. 152.

Μολπὴ, *Il.* A. 472.
Ὀρχηστὺς, *Il.* N. 731.
Ἀναθήματα δαιτὸς, deliciæ convivii. *propr.* donaria, qualia in templis ſuſpendebantur. Vid. ALBERTI *Obſerv. Philol. ad Marc. VI.* 22. 23.

A vetuſtiſſimis temporibus muſica & choreis ſe oblectabant in conviviis:

Μολπή τ' ὀρχηστύς τε· τὰ γάρ τ' ἀναθήματα δαιτός.

Cantusque & ſaltatio: hæc enim ſunt ornamenta convivii. inquit Homerus *h. l.* Phemius & Demodocus apud eum ſunt notiſſimi cantores. Diis ipſis convivantibus, Apollo citharam pulſabat, Muſis alternatim canentibus. *Il.* A. 603. POTT. *Tom. II. p.* 336. add. FEITH. *L. IV. C. V.* §. *I.*

V. 153.

Κίθαρις, *Il.* Γ. 54.
Περικαλλὴς, *Il.* A. 603.

V. 154.

Ὅς ῥ'] *Qui utique; Qui ſcilicet.*
Παρὰ *h. l.* inter.

